

www.e-rara.ch

[Opera omnia]

Augustinus, Aurelius

[Basel], [1528-1529]

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: AW 57

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-5484>

Divi Aurelii Augustini soliloquiorum libri, de cognitione Dei et animae.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Ambrosius in hys
mno, deus creator
omnium.

ligentibus unamq; substantiã, exclusis uanitatibus uariã superstitionis, ostendunt. His ma-
ter recognitis uerbis quã suã memoriã penitus inhærebant, & quasi euigilans in fidem su-
am, uersum illum sacerdotis nostri, Foue precãtes trinitas, lata effudit, atq; subiecit, Hęc est
nullo ambigente beata uita, quã uita perfecta est, ad quam nos festinanter posse perducì,
solida fide, alacri spe, flagrante charitate præsumendum est. Ergo, inquam, quoniam modus
ipse nos admonet, conuiuium aliquo interuallo dierum distinguere, quantas pro uiribus
possum gratias ago summo & uero deo patri domino liberatori animarum, Deinde uobis
qui concorditer inuitati, multis etiam me cumulastis muneribus. Nam tantum in nostrum
sermonem contulistis, ut me negare non possim, ab inuitatis meis esse satiatum. Hic omni-
bus gaudentibus & laudantibus deum, Quàm uellem, inquit Trigetius, hoc modo nos quo-
tidie pasceres. Modus, inquam, ille ubiq; seruandus est, ubiq; amandus, si uobis cordi est ad
deum reditus noster. His dictis facto disputationis sine discessimus.

DIVI AVRELII AVGV

STINI SOLILOQUIORVM LIBRI DE COGNI-
TIONE DEI ET ANIMAE.

Opus mire respiciens optimi uiri infantiam in Christo. Nam rationẽ ita loquen-
tem facit cum Augustino, quasi ratio nõ sit potior Augustini pars, Tolerabilius
Seneca fingit rationis & sensus dialogum. Ad hæc, quasi uero duo loquãtur ho-
mines, in disputationes & libros dissecatur sermo, ne defatigentur: nonnunq; &
in sophistica leuiculaq; argutatione imploratur auxilium diuinum. Lectorem re-
quirat patientem & candidum.

Precatio ad deum.
Caput I



Scriptura memo-
ria subsidium.
Dictat qui non scri-
bit ipse.

Precatio.

Peccatum nihil.

1. Retract. ca. 4.
1. sen. dis. 2. ca. 1

OLVENTI MIHI multa ac uaria mecũ diu, ac per multos di-
es sedulo quarenti memetipsum ac bonũ meum quidue mali cui-
tandum esset, ait mihi subito, siue ego ipse, siue alius quis extrinse-
cus siue intrinsecus, nescio, nam hoc ipsum est quod magnopere sci-
re molior, Ait ergo mihi. R A T I O. Ecce fac te inuenisse aliquid,
cui comendabis ut pergas ad alia? A V G. Memoriã scilicet. R A.
Tanta ne illa est ut excogitata omnia bene seruet? A V G. Diffici-
le est, imò non potest. R A. Ergo scribendum. Sed quid agis, quòd
ualetudo tua scribendi laborem recusat? Nec ista dictari debent, nam solitudinem meram
desiderant. A V G. Verum dicis, Ita q; profus nescio quid agam R A. Ora saltem auxi-
lium, quo ad concupita peruenias, & hoc ipsum litteris manda, ut prole tua fias animosior.
Deinde quod inuenis paucis conclusiunculis breuiter collige, Nec modo cures inuitationẽ
turbæ legentiũ, paucis ista sat erunt ciuibus tuis. A V G. Ita faciam. Deus uniuersitatis con-
ditor, presta mihi primũ ut bene te rogem, deinde ut me agam dignũ quem liberet, postre-
mo ut liberet. Deus per quẽ omnia, quã per se non essent, tendunt esse. Deus qui ne id qui-
dem quod seinuicem perimit, perire permittis. Deus qui de nihilo mũdum istum creasti, o-
mnium quem oculi sentiunt pulcherrimũ. Deus qui malũ non facis, & facis esse ne pessimũ
fiat. Deus qui paucis ad id quod uere est refugientibus, ostendis malum nihil esse. Deus per
quẽ uniuersitas etiã cum sinistra parte perfecta est. Deus à quo dissonãtia usq; in extremũ
nulla est, cum deteriora melioribus concinũt. Deus quẽ amat omne quod potest amare, si-
ue sciẽs, siue nesciẽs. Deus in quo sunt omnia, cui tamẽ uniuersã creaturã nec turpitudò tur-
pis est, nec malicia nocet, nec error errat. Deus qui nisi mundos uerũ scire noluiisti. Deus pa-
ter ueritatis, pater sapiẽtiã, pater uerã summãq; uitã, pater beatitudinis, pater boni & pul-
chri, pater intelligibilis lucis, pater euigilationis atque illuminationis nostrã, pater pigno-
ris quo admonemur redire ad te, Te inuoco deus ueritas, in quo & à quo & per quem uera
sunt

Deus una ueritas est

immortales: Nihil autem uerum in quo ueritas non est. Conficitur itaq; non esse uera nisi quae sunt immortalia. Et omnis falsa arbor non est arbor, & falsum lignum non est lignum, & falsum argentum non est argentum, & omnino quicquid falsum est non est. Omne autem quod uerum non est, falsum est. Nulla igitur recte dicuntur esse, nisi immortalia. Hanc tu te cum ratiunculam diligenter cōsidera, ne quid tibi concedendum non esse uideatur. Si enim rata est, totum negotium penè confecimus: Quod in alio fortasse libro melius apparebit. **A V G.** Habeo gratiam & ista mecum, atq; adeo tecum quando in silentio sumus, diligēter cauteq; retractabo, si nullae se tenebrae immittant, suamq; etiam quod uehemēter formido, mihi faciant delectationem. **R A.** Constanter deo crede, eiq; te totum committe quantum potes. Noli esse uelle quasi proprius & in tua potestate, sed eius dementissimi & utilissimi domini te seruum esse profiteri. Ita enim te ad se subleuare non desinet, nihilq; tibi euenire permittet, nisi quod tibi prodest, etiam si nescias. **A V G.** Audio, credo, & quātum possum obtempero, plurimumq; ipsum deprecor, ut plurimū possim, nisi quid forte amplius à me desideras. **R A.** Bene habet interim, facies postea quicquid iam uisus ipse praecipit.

Fiducia erga deū.

DIVI AVRELI AVGVSTINI HIPPONENSIS

Episcopi, Soliloquiorum liber secundus.

De immortalitate
hominis. Cap. I



A V G. **A T I S** intermissum est opus nostrum, & impatiens est animus, nec lacrymis modus fit, nisi amori detur quod amatur. **R A.** Quare aggrediamur librum secundum. **A V G.** Aggrediamur. **R A.** Credamus deum affuturum. **A V G.** Credamus sane, si uel hoc in potestate nostra est. **R A.** Potestas nostra ipse est. Itaq; ora breuissime ac perfectissime quantum potes. **A V G.** Deus semper idem, nouerim me, nouerim te: Oratum est. **R A.** Tu qui uis te nosse, scis esse te? **A V G.** Scio. **R A.** Vnde scis? **A V G.** Nescio. **R A.** Simplicem te sentis, an ne multiplicem? **A V G.** Nescio. **R A.** Moueri te scis? **A V G.** Nescio. **R A.** Cogitare te scis? **A V G.** Scio. **R A.** Ergo uerum est cogitare te. **A V G.** Verum. **R A.** Immortalem te esse scis? **A V G.** Nescio. **R A.** Horum omnium quae te nescire dixisti, quid scire prius mauis? **A V G.** Vtrum immortalis sim. **R A.** Viuere igitur amas? **A V G.** Fateor. **R A.** Quid cum te immortalē esse didiceris, satis ne erit? **A V G.** Erit id quidem magnum, sed id mihi paruum. **R A.** Hoc tamen quod paruum est quantum gaudebis? **A V G.** Plurimum. **R A.** Nihil iam flebis? **A V G.** Nihil omnino. **R A.** Quid si ipsa uita talis esse inueniatur, ut in ea tibi nihil amplius q̄ nosti nosse liceat, temperabis à lacrymis? **A V G.** Imò tantum flebo ut uita nulla sit. **R A.** Non igitur uiuere propter ipsum uiuere amas, sed propter scire. **A V G.** Cedo conclusioni. **R A.** Quid si eadem ipsa rerum scientia miserum faciat? **A V G.** Nullo id quidem pacto fieri posse credo: Sed si ita est, nemo esse beatus potest: Non enim nunc aliunde sum miser, nisi rerum ignorantia: Quod si & rerum scientia miserū facit, sempiterna miseria est. **R A.** Iam uideo totum quod cupis: Nam quoniam neminē scientia miserum esse credis, ex quo probabile est, ut intelligētia efficiat beatum: Beatus autē nemo nisi uiuens, & nemo uiuit qui non est, Esse uis, uiuere & intelligere, sed esse ut uiuas, uiuere ut intelligas: Ergo esse te scis, uiuere te scis, intelligere te scis: Sed utrum ista semper futura sint, an nihil horum futurum sit, an maneat aliquid semper, & aliquid intercidat, an minui & augeri hæc possint, cum omnia mansura sint, nosse uis. **A V G.** Ita est. **R A.** Si igitur probauerimus semper nos esse uicturos, sequetur etiam semper futuros. **A V G.** Sequetur.

Veritas perpetua.
Cap. II

R A. Restabit quærere de intelligendo. **A V G.** Manifestissimum ordinem uideo atque breuissimum. **R A.** Hic ergo esto nunc ut interroganti caute firmeq; respondeas. **A V G.** Istic sum. **R A.** Si manebit semper mundus iste, uerum est mundum semper mansurum esse? **A V G.** Quis hoc dubitet? **R A.** Quid si non manebit? Nonne ita uerum est mundum non esse mansurum? **A V G.** Nihil resisto. **R A.** Quid cum interierit si interiturus est, nonne tunc id erit uerum, mundum interisse? Nam quandiu uerū non est, mundum occidisse, non occidit